



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

7. Delatio armorum ad hostes Christiani nominis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

non fabricantes falso litteras Apostolicas falsoque signantes. Eiusmodi verò litteris utentes excommunicationem non tamen Papæ reseruataam incurruunt.

Puta illas solum quæ in Curia Rom.

& Cancellaria Apostolica per Papam eiusq; officiales nomine Papæ expediuntur, non autem litteras Episcoporum, Nuntiorum, Legatorum, siue sint Bullæ quæ Amplio stylo scrip. & plumbeo sigillo signatur, siue Brevia Humiliori stylo exarata, rubeaq; cerâ sub piseatoris annulo muniantur. Item supplicationes tam iustitiae quam gratiæ, quibus aliquid à Papa vel ex iustitia vel gratia petitur.

VII. Transmittentes seu deferentes equos, arma, metalla, canabem, funes, & id genus compluria bellico usui Instrumenta, v. g. ad instruendum exercitum terrâ vel mari classem idonea, ad

C 2 Tur-

Turcas, aliosque Christiani nomini-  
nis hostes (v. g. Iudæos, Sarace-  
nos, Paganos aliosque, qui non  
adhærent Mahometicæ sectæ.)  
aut Hæreticos à Pontifice nomi-  
natim declaratos, gerentes bellum  
cum Christiano Principe. Item  
annuntiantes per se vel alios præ-  
fatis hostibus, quæ in damnum  
Christianorum vergere solent, at-  
que illis auxilium, consilium, fa-  
uorem in eorundem perniciem  
præstant.

*Excipe qui talia donant, vendunt ob  
gratitudinem aut benevolentiam.*

*Item Christianos qui tempore belli  
sub periculo vitæ compelluntur  
contra Christianos remiges tra-  
here.*

VIII. Impedientes victualia, &  
alia necessaria Romam conuehi,  
aut qui impedientes per se vel ali-  
os defendunt.

*Excipe Principes, qui iusta de causa  
pro-*